

nostro, constanter et fideliter exhibuit hactenus^a, quam ea, que nobis ad presens exhibet et exhibere poterit in futurum, considerata etiam fide et devotione eiusdem Eustasii, quacum galeis nostris Messane nobis, feliciter venientibus a partibus Theothonie ad hereditarium regnum nostrum Sicilie, predicto domino genitore nostro defuncto, oviam^a obsequiosus occurrit, eundem magistrum prothentinum Sicilie totius et Calabrie, de sua industria et fidelitate confisi, duximus statuendum, ut de cetero officium ipsum ad honorem et fidelitatem nostram in predictis provinciis debeat exercere. Presentis itaque privilegii tenore mandamus, quatinus nullus sit, qui contra huius statuti et gratie nostre formam predictum Eustasium, memoratum officium ad honorem et fidelitatem nostram fideliter exercentem, temere impedire vel molestare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursum. Ad huius autem rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per magistrum Parisium de Marturanis, notarium et fidelem nostrum, scribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum Fogie per manus magistri Gualteri de Oera, regni Sicilie cancellarii, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense Aprilis decime indictionis, regnante domino nostro Conrado dei gratia gloriosissimo in Romanorum regem electo, semper augusto, Ierosolime^a et Sicilie rege, anno secundo, feliciter, amen.

Dr. O. Rössler aus dem Original im Archiv Colonna zu Rom.

S. Maria zu Mili.

Friedrich II. bestätigt dem zu ihm gekommenen Abte Ambrosius das griechisch geschriebene, durch Alter schadhaft gewordene Privileg seines Vorgängers, des Grafen Roger, indem er eine lateinische Uebersetzung einrücken lässt.

1223 November, Catania.

Federicus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, rex Sicilie.

Per presens scriptum notum facimus universis^b fidelibus nostris, tam presentibus, quam futuris, quod^c Am-

a) Sic! b) *universis et.* c) *cum.*